

¶ PITH. 2 De confirmationibus, &c.] Junge cap. 10. in. de appellat. & accusat.

III. CELESTINUS III 3. [c. an. 1195. Roma.]

Littera confirmationis super sententia, a qua erat appellatum, non valet, si appellatus malitiose praevenerit appellantiem, aliis pendente donec de appellatione cognoscatur.

d Cap. 1. eod. tit. in 111. Compil.

Bona memoria A. Canonici vester proposuit sententiam a delegatis Judicibus prolatam fuisse: & intra decem dies ille, contra quem sententiam fuerat, ab illa sententia appellavit; Judices tamen nihilominus sententiam executioni mandarunt. Ceterum appellans itinere statim ad Apost. Sed. arrepto, litteras de retractando sententiam impetravit. Adversarius autem ipsum caute preveniens confirmationis promulgatae sententiae rescriptum fuerat affectus, in quo nulla de facta appellatione mentio habebatur. Ideoque requisiti, quae quibus literis praedictum faciunt. Respondemus igitur, quod posteriores debent prioribus praedictum generare. Verum si dicatur, nullis literis veritati & justitiae praedictantibus, vel sub alia forma verborum, dummodo nil diceretur de literis confirmationis expressis; dicimus quod prima tamdiu suum debent habere vigorem, donec de aliqua sententia cognitio plenior habeatur.

¶ PITH. 3 Celestinus III.] Priori & Capitulo Hund. 2. V. C.

e al. Exod. al. Padebitenrenf.

IV. INNOCENTIUS III. Decano Padeburen. 4. [c. an. 1210. Roma forte in Bavariam.]

Innovatio privilegii novum jus non tribuit, nec antiquum confirmat: sed si quod competebat, conservat. Brevius sic potest summari: Innovatio privilegii non inducit confirmationem juris in eo contenti.

f Cap. 1. eod. tit. in 111. Compil.

Cum dilecta f in Christo filiae Abbatis & Sorores Ecclesiae de Gardeven. 5. sua cuperent privilegia innovari: propter viarum h discrimina quatuor Episcopis & Abbatibus totidem, ut ea inspicerent diligenter, & tenorem ipsorum fideliter transcriberent sub sigillis suis nobis remitterent, duximus injungendum: [Et infra a.] Nos autem tam Legato, qui sub sigillo proprio ea nostro fecit conspectui praesentari, quam Inquisitoribus ipsis fidem debitam adhibentes, licet non videremus, quare non deberent eadem privilegia innovari: quia tamen C. majoris Ecclesiae, & I. sanctae Crucis Canonici proposuerunt Hildesemem. Ecclesiam in possessione subjectionis ipsius Monasterii per centum annos & amplius extitisse, privilegia ipsa non duximus innovanda. Unde Judicibus dedimus in mandatis, ut ad locum idoneum accedentes, citatis, qui fuerint evocandi, inquirerent super his diligentius veritatem, a quibus pars Hildesemem. Ecclesiae ad Apost. Sedem appellavit. Nuper autem iterato praedicta petiit Abbatis, quatenus deberemus privilegia sua Ecclesiae renovare. Ex adverso vero fuit postulatum, ut causam ipsam discretis viris committere dignemur, qui testes reciperent, quos contra privilegia Monasterii, & ad probandum h praescriptionem legitimam inducere proponebant. Nos igitur attendentes, quod jure sit civili statutum 6, ut quando periculum testium formidatur, ne veritas occultetur, & probandi copia fortuitis casibus subtrahatur, etiam lite non contestata testes valeduntarii & alii de quibus ex aliqua rationabili causa timeatur, ad testimonium admittantur, ejusdem aequitatis similitudine provocati, praedicta privilegia quasi jam nimia vetustate consumpta, cum fuerint non in pergamento, sed in papyro conscripta 1, duximus innovanda: nolentes, quod ex innovatione hujusmodi novum jus Monasterio acquiratur, sed antiquum, si quod habet, per innovationem privilegii conservetur. Quia vero praefatum Monasterium ad jus & proprietatem Apost. Sed. per privileg. prad. no. pertinere monstratur, ne jus Ecclesiae Romanae remaneat indefensum, eandem Abbatissam Procuratricem ipsius duximus statuendam, ut cum adversus Romanam Ecclesiam possessiones, & jura non nisi centenaria currat praescriptio, ipsa super hoc & aliis vice nostra procuret, quae coram te in judicio fuerint procuranda. Nolentes igitur, quod de statu ejusdem Monasterii diutius dubitetur, mandamus, quatenus, locum tutum & commodum eligens, recipias testes, quos ad praescriptionem probandum Hildesem. Ecclesiae, vel ad interruptionem ostendam Canonibus duxerit producendos: & si legitimam praescriptionem probaverit, ut intendit, nisi probata fuerit interruptio ex adverso, subjectionem ipsius Monasterii adjudices Episcopo memorato, cum constet ipsum in sua diocesi constitutum, privilegium, quod Monasterio innovari fecimus, corrumpendo; alioquin eidem super hoc perpetuum imponens silentium, Monasterium pronuncies perpetua libertate gaudere, nostro sibi privilegio resignato 2.

g Add. quod est tutum ut solenniter transcriberetur. l. unum testis videtur, ff. de testam.

h Vide l. 2. C. de diverf. rescript.

m reservato.

[Qui Apostolico mandato parentes, privilegia felicis recordationis Agapeti & Joannis Pont. p. nostrorum sua praesentia subvenerunt, tenorem eorum sub sigillis suis nobis fideliter transmittentes. Ven. quoque f. n. G. Remen. Archiepiscopus, tunc Episcopus Praesinus 7 in partibus illis officium legationis exercebat, tenorem privilegiorum suorum sub sigillo proprio, nostro fecit conspectui praesentari.]

¶ PITH. 4 Padeburen.] Padeburen.

5 Ecclesiae de Gardeven.] Gardeven. inclusa prop. Gandersen. Ordinis S. Benedicti, Hildesemensis diocesis, five Hildesemensis in Bavaria.

6 Jure civili sit statutum.] L. in lege, ff. ad leg. Aquilianam, l. 3. §. dua, ff. de Carbonion. edit. l. quidam, ff. de serv.

7 Episcopus Praesinus.] Praesinus.

V. IDEM Episcopo & Praeposito Uticen. 8. [c. an. 1212. Roma in Galliam.]

Non valet confirmatio, quam Religiosus impetravit a Papa super temporalis administratione, seu Prioratu, si tacuit se Regularem: si vero expressit, rescriptum praesumitur falsum, quia Papa non consuevit concedere. Hoc dicit, cum sequent.

AD nostram n audientiam Praeposito Nemanen. 9 Ecclesiae significante pervenit, quod quidam Canonici Nemanen. Ecclesiae a nobis literas confirmationis super administrationibus suis obtinere laborant, religionis suae conditione suppressa. Cum igitur Regularibus personis non concesserit Apostolica Sedes aliquam personaliter confirmare: mandamus, quatenus confirmationes, quas ab ipsis Canonice, cum Regularibus existant, noveritis taliter impetratas, denunciatis irritas & inanes.

¶ PITH. 8 Episcopo & Praeposito Uticen.] Sub Archiepiscopatu Narbonensi.

9 Nemanen.] Nemausensis.

VI. IDEM 10. [c. an. 1213. Roma.]

Idem dicit, quod supra cap. proximi.

Porrecta p nobis ex parte tua petitio continebat, quod plures ex Religiosis, qui Prioratus & aliis administrationibus praesunt, a nobis super ipsis, quoad vixerint, possidendis confirmationis literas se asserunt impetrasse: [Et infra a.] Cum igitur a Cancellaria nostra hujusmodi literas emanasse non credamus, mandamus, quatenus illos, qui tales literas exhibuerint, in quibus Prioratus vel administrationes, tanquam Religiosis confirmantur, eisdem punias, tanquam falsitatis auctores. Si vero in eis non sit mentio religionis ipsorum, illas tanquam tacita veritate subreptas denuncias non valere.

Quarum occasione bona ipsorum Prioratum distrabant & consumant, asserentes se tibi quoad Prioratum illos nulla ratione subesse.]

¶ PITH. 10 Idem.] Abbati Imolenfi, seu Timolenfi.

VII. IDEM nobili viro Mathaeo de Rivariis 9. [c. an. 1213. Roma in Campaniam.] 9 Rivaria.

Sententia seu laudum contra formam juris vel compromissum latum per arbitros, licet per Papam in forma communi confirmatum, non tenet.

EXaminata f causa, quae veritur inter te & milites Campanicos super Ecclesia sancti Angeli, perpendimus, arbitrium, quod Vicedominus Sabinen. dicebatur super eodem negotio promulgasse, contra formam juris & compromissum fuisse dictatum. Unde non obstante confirmatione C. Papae praedecessoris nostri, qui confirmaverat illud, sicut provide latum fuerat, & ab utraque parte receptum, decernimus, ipsum irritum & inane.

VIII. HONORIUS III. illustri Regi, Baronibus, & Militibus, & aliis hominibus Cyprum 11. [c. an. 1220. Roma in Istitam.]

In confirmatione ex certa scientia, dictio, sicut, ponitur causative: nec nocet, si verbum confirmationis praecedat tenorem confirmati.

Venerabilis Frater N. Archiepiscopus Nichosien. & suffraganei ejus, transmissa nobis petitione, monstrarunt, quod inter ipsos & vos super quibusdam decimis, mediante Albanen. Episcopo f tunc Apostolice Sedis Legato, amicabilem compositionem intervenit, expressis adjecto, quod quantocumque eam auctoritate Apostolica confirmari contingeret, statim deberet executioni mandari. Verum licet sit per nos confirmata, & ad majorem rei evidentiam literis confirmationis tenor compositionis insertus, ipsam tamen renuistis observare, occasionem frivolum praetendentes, tum ex eo, quod in literis verbum confirmationis (tenorem compositionis n) juxta stylum Ecclesiae Romanae praecedat x, tum quia clausula consueta, scilicet, sicut, sine pravitate provide facta est, in eisdem literis continetur: [Et infra a.] Mandamus, quatenus si praemissis veritas suffragatur, compositionem eandem adimplere curetis.

[Cum igitur nedium contra Deum & Ecclesias, sed nosse. supplicet etiam contra privatas personas hujusmodi cavillosis vimur. diffugiis insistere debeat. Uni. co.]

¶ PITH. 11 Illustri Regi, Baronibus, & militibus, & aliis hominibus Cyprum.] V. C. illustri Regi, & dilectis filiis nobilibus viris H. nato & balivo ejus, necnon & Consabulo. Vincent. 31. cap. 84. Cypro occupata.

IX. IDEM universis Abbatibus & Praelatis, ac Conventibus & Clericis in Constantinopoli 12. diocesi constitutis. [c. an. 1220. Roma in Thraciam.]

Collatio Ecclesiae alteri facta per Legatum, & per Papam confirmata, jus Diocesanum non laedit.

Vide Archiepiscopi in c. de Ecclesiasticis, 25. q. 2. 2 eorumdem.

Patriarchalibus respondero, in sua presumptionis adjutorium inducentes confirmationes hujusmodi collationum a Sede Apostolica impetratas. Cum igitur nolimus a jura, a nolimus, quae Diocesanis debentur, per collationes, seu confirmationes praedictas minui seu laedi; mandamus, quatenus occasionem hujusmodi non obstante, ipsi Patriarchae reverentiam & obedientiam exhibere curetis, eique de justitiis suis integre respondere.

¶ PITH. 12 In Constantinopoli.] V. C. addit, & Kalecdon.

13 I. Presbyter.] Joannes de Columna Presbyter. Vincent. lib. 10. cap. 7. & lib. 31. cap. 78. Constantinopoli occupata a Francis. Gregor. 5.

FINIS LIBRI SECUNDI.